

333

## HERMENEUTICI.

334

habetur mox sub initium p. 193. Distichon ultimum:

*Hic loquitur de fine ihesus libroque matheus.  
Ad finem petrus finit et ipse suum.*

Verum mox laborem resumens ita inchoat:

*Dixi me finisse librum sed rursus in actus*

*Poscor apostolicos continuare stilum &c.*

Prooemium est 7. Distichor. nulli memoratum. *Actus* autem ipsi, ut *Job* et *Cantica* hexametris conclusi sunt. *Recapitulatio totius operis*, quam e *Codd. Helmst.* p. 703. repraesentavit *Leyserus*, Codicem nobis terminat absque titulo, ulloque indicio, *Petrum* nostrum hic ultro in equuleum se coniecisse poeticum, Distinctio-

nesque XXIII. in quas tributa est, *λειπογραμματος* elaborasse ita, ut Distinctio I. nullum A. Distinctio II. nullum B. &c. censeat. Adscriptum est carmen *Aegidii Parisiensis*, ut contextus innuere videtur, quod, cum recitet p. 739. *Leyserus*, non nisi versus, in quibus ejus Codex peccavit, subnotabo:

*Confociet Christus connumeretque viris.*

*Ut cum te luteo soluet de carcere, regni.*

*Me simul in seriem qui libri abrupta redegi.*

*Mundi, plus oculis cognitus esse dei.*

*Quos super hoc motus, qualia uota tuli &c.*

CXXVI. VII 2. 8

326 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. nunc 145. f. praeclare scriptus, rubricisque distinctus complectitur eandem *Petri de*

*Riga Auroram*, licet et Thecae exterius et fronti interius praenotatum sit: *Lumen Animae Petri de Riga*. Plura hic, quam *Cod.* mox indicato, praemissa sunt *παρεργα*. Primo distichon rubro:

*Scire cupis lector quis Codicis istius auctor.*

*Petrus riga uocor cui (Christus) petra rigat cor.*

Sequitur item minio: *Prologus illius qui hunc librum correxit. et suppletens* (suppletiones) *de suo apposuit. et ubicunque inueneris. i. linea greco sagitta* (Guelpherbit. obelum) *Inter duos punctos per to-*

*tum librum ibi sunt dicta et uersus illius.* Brevis est hic *Prologus*, versaturque in Operis laude, hoc initio: *Fraterne caritatis quasi quandam sapit dulcedinem &c.* Succedit *Elegia XX.* Distichor. pa-

riter

riter in Operis laudem multis eiusdem canonici de sancto mariano  
 comparationibus e S. Scriptura antisiod. premonstratensis ordinis.  
 depromptis. Inscripta est: *Versus* Initium:

*Stringere pauca libet bona carminis huius. et ipsum  
 Laude uel exili magnificare librum &c.*

*Elegiam* excipiunt X. illa *Disticha* in fronte *Cod.* praeced. indicata: *Nil homini melius &c.* quae hic Titulum ferunt: *De Utilitate legendi hunc librum.* Dein subito profaica Operis commendatio incipiens: *Omnia scriptura diuinitus inspirata paulo adtestante &c.* ubi inter cetera: *Cesset igitur emulus facibus inuidie agitated fumo lioris opus hoc obscurare. quiescat lingua detractoris oblatrare &c.* Praeterea dicitur opus eliciens *nucleum de testa. mel de petra. lucem de fumo. oleum de saxo durissimo. et uinum de acino,* quibus verbis ad *Petri Prologum in Libro floridi aspectus* *Cod.* superiore *cit.* manifeste adluditur, in quo eadem expressiones occurrunt. Postremo habentur VIII. illa *Disticha*, quae incipiunt:

*Scire cupis lector quis codicis istius auctor  
 Audi quid breuiter dicat ad ista liber.  
 Petrus et egidius me conscripserunt. sed ille  
 Auctor. corrector ultimus iste fuit &c.*

quaeque ab *Leysero* e *Cod. Guelpherb.* repraesentata sunt p. 695. Adverte tamen pro *Prior Remis* nobis legi *Prior tenuis*, et *acutior alter* pro *auctior alter*. Quis jam *Canonicus* ille de *S. Mariano antisiod. Praemonstrat. Ord.* supra memoratus fuerit, et an omnium *παρρηγοῦν* haecenus adductorum auctor, dicere non habeo. *Mona-* *sterium* illud a. 1139. *Praemonstratensibus* traditum fuisse, docet *Galliae Christ. T. XII. p. 470.* Scriptores ejus *Robertum* et *Hugonem* chronographos Poetica etiam tractasse non inuenio. Itaque ad ipsum *Petri* Opus. Initium facit *Prologus* metricus, quem e *Codd. Helmst. et Guelpherb.* dedit p. 701. *Leyserus*:

*Initium (Principium?) mundi quales ab origine prima &c.*

Sunt tamen, quae nobis aliter leguntur. *Fabrice concepta*, fortasse *precepta.*

*Cosmographo moysè mibi pro duce carminis huius  
 Sunt animi motus &c.*



*Hostibus orando sed uos num saxa rotando  
Hos deuincetis quos perdomuisse uidetis  
In paucis annis orbem cunctisque tyrannis  
Preualuit tytus bellis et in arte peritus.*

CXXVII. VII. Egi

327 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 112. f. per 2. columnas luculente scriptus et miniatus est tertium Exemplum *Aurorae Petri de Riga*, itaque cum duobus praecedentibus contendendum. Initium ducit ipsius *Petri Prologus* supra inscriptus: in *libro floridi aspectus*, hic absque

titulo, et continuo connexus cum *Commendatione* profaica, quae *Cod. ult.* incipit: *Omnis Scriptura diuinitus inspirata &c.* Subjecta est huic *Nota* sequens: *Vbicunque per totum hunc librum duo puncti media uirga fuerint annotati. sunt uersus egidij (Parif.) qui post compilationem petri ipsum sollempniter emendauit. Vnde hii uersus:*

*Scire cupis lector quis codicis istius auctor  
Audi quid breuiter dicat ad ista liber &c.*

Ut *Cod. ult.* et *Leyseri* p. 695. sed hic legitur *prior remys* et *acutior* pro *prior tenuis* et *auctior*. Mox sub rubrica: *Alter Prolo-*

*gus* succedit *Elegia Cod. ult.* tributa *Canonico S. Mariani Antisiodor.* cuius initium:

*Pingeré (stringere) pauca libet bona carminis huius et ipsum  
Laude uel exili magnificare Deum (librum) &c.*

Tandem sub titulo: *Epylogus breuis ad quem sequitur narratio,*

*Versus illi argumenti instar:*

*Primo facta die duo celum terra leguntur &c.*

Atque haecenus *παραεγχα*; quae, si lubet, cum *Codd.* praeced. confer. Opus ipsum cum infarctis *Aegidii* eodem ordine procedit, ut

in illis; obseruo tamen in *Prologo*, quem habet *Leuiticus*, omisum esse, et recte quidem, illud distichon:

*Vox autem domini moysen uocat. imperat illi  
Ut sua uerba ferens plebis in aure serat.*

Cum alioquin *Liber* ipse ab eo disticho auspicietur. Rectius ita-

que *Prologus* inchoat:

*Libro premissio coniunctio quam legis istum  
Nescit nam scripti pene fuere simul.*